



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Superbia fugienda est propter quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Superbia fugienda est propter
quatuor.*

Primo, quia deo multum est odiosa; quod probatur tribus rationibus. Prima est, quia superbia deum impugnat, in omni loco. Fornicatio autem nunquam aut raro in sacro loco committitur, sed superbia magis quam aliquod vitium. Unde Gregorius. Cum omnia vitia fugiant a deo, superbia deo se opponit. Secunda est, quia Deum impugnat in omni tempore. Multa sunt peccata a quibus cauent homines in precipuis festis, sed tunc maximè superbia exercetur. Tertia est, quia deum impugnat in omni persona. Multæ namque sunt personæ, quæ fornicari dedignarentur, quæ tamen peccatum superbiæ recipiunt. Bernardus superbiæ vitium peccatum est maximum quod deo proprio magis insultat. Secundo superbia fugienda est, quia deus multum odit superbos. Quod potest cognosci quinque rationibus. Prima est, quia Deus superbos humiliat & deponit. Psal. Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. Habetur etiam exemplum de angelo su-

Grego.

Bernar.

Psa. can-
ticū Ma-
riae.

perbiente, & de alto cælo deposito,
& eiecto, quanto magis nos qui su-
mus terra, & cinis, si superbia tumen-
tes erimus, à facie dei, & à sede cæle-
sti proiciemur? nam deus (ait Bernar.

Bernar. non pepercit angelis, nec nobis parci-
turus erit) non est contrarius sibi ipse
nec personarum acceptor. nec nos
splendidiores sumus in terra, nec al-
tiores quàm primus angelus in cælo.
quòd si ille de tanta sublimitate per
superbiam cecidit, quo modo ad tan-
tam celsitudinem superbientes de i-
mis conscendemus? Secunda quia ab

Prou. 15 hominatur Deus superbos. **Prou. Ab**
LUC. 15. hominatio dei omnis arrogans. **LUC.**
15. Quod altum est hominibus, abho-

Grego minatio est apud deum. Et Gregorius,
Quanto coram hominibus eris glo-
riossior, tanto coram deo & angelis
eius uilius. Tertia quia deus resistit
superbis, & humilibus dat gratiam,
teste Iacobo. Quarta, quia eos odit.

Iac. 5.
Ecc. 10. Odibilis est coram deo, & homini-
bus superbia, ideo nec superbis par-
cet. Quinta quia paradisi aditum su-

Psa. 100 perbis claudit. **Psal.** Non habitabit in
medio domus meæ, qui facit super-
biam, &c. Et Bernardus scimus autè

Bernar. superbis non esse partem uel societa-
tem in sorte sanctorum. Tertio fugie-
nda est superbia, quia diabolus multum

placet, propter duo. Primo quia ipsa est signum quo diabolus discernit filios suos ab aliis. Gregorius. Euidētissimum signum superbia est reproborum. Secundo, quia est initium totius perditionis. Ecclesiastic. Initium omnis peccati est superbia, &c. Et causa totius perditionis, addit D. Bernardus. Quarto quia homini multum nocet. quatuor enim mala facit homini. Primum est, quia mentem hominis obscurat, ut seipsum non cognoscat. unde Bernardus. Superbia oculum mentis obscurat, ueritatem obumbrat, ita ut si occupauerit mentē, iam tu te uidere qualis es, uel qualis esse potes, non possis sentire: sed qualem te amas, talem te esse putas, uel speras fore. & hoc nobis accidit, quia non putamus nos infirmos in hac parte esse. Vnde P. Augustinus. Nemo insanabilior eo, qui sibi sanus uidetur. Et Seneca. Ideo difficulter sanamur, quia nos agrotare nescimus. Secundum est, quia gratiā Dei, & alias uirtutes ab homine expellit sicut dicit D. Bernardus, & Gregorius. Sicut humilitas omnia eneruat uitia, omnesq; uirtutes colligit, & roborat, sic superbia omnes uirtutes destruit & eneruat. Tertiū est, quia iurgia & lites concitat. Prou. 13

Grego.

Ecc, 10

Bernar,

Bernar

Auguf.

Seneca

Bernar.

Grego.

Prou. 13

CHRISTIANA

Vbi fuerit superbia, ibi & contumelia
&c. Quartum est, quia maledictionem inducit. Ecclesiasticus. Initium omnis peccati est superbia, qui tenuerit eam, adimplebitur maledictis. Isa. Dies domini super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem.

Superbia remedia sunt sex.

Gregor. Primum est consideratio melioris. Vnde Gregorius. Sicut in centium elationis est respectus deterioris, ita cautela humilitatis est consideratio melioris. Secundum est cohabitatio humilium. Sicut **Ecc1, 25** qui communicat superbo, induet superbiam, sic qui communicauerit humili, induet humilitatem. Tertium est consideratio uilitatis corporalis. **Mich, 6** Micheas. Humiliatio tua in medio tui. Quartum est exemplum Christi. **Augus.** Augustinus. Medicina tumoris hominis, est humilitas Christi. Quintum est, consideratio uilis seruitutis, in qua superbus est, quia seruus diaboli est, sicut dicit **Iob, 41** Iob. Ipse est rex super omnes filios superbiae. Sextum est, consideratio districti iudicii quod specialiter erit ad humiliandum su-